



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

30. Julii. Maledicorum ora graviorum virorum testimoniis sunt diluenda, & benefactis os loquentium iniqua obstruendum. S. Ignat. apud Nolar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

*quàm crudus aliquis plurimum. S. Ignat.  
apud Ribad.*

**A** Nima orationis mentis est recolle-  
ctio, quam non speret, ubi perpes-  
non dormitorum affectuum strepit intem-  
peries, dividit illa animum, non colligit,  
dissipat spiritum, non excitat.

Ideo rarus tot orationum fructus, quia  
rara eam comitatur mortificatio. Lignum  
probè siccatum absque negotio flammam  
concipit, ubi recens diu cum igne, & nati-  
vo humore colluctatur.

Imminutio cupiditatis augmentum est  
charitatis; ubi nulla cupiditas, ibi perfecta  
charitas; tot gradibus cor ad Deum eleva-  
tur, quot ab innatis recedit affectibus.

Ut ignis remotis, quæ cursum morantur,  
impedimentis, illico ad centrum abripitur,  
ità cor appetitibus depuratum aliis  
non eget aliis, ut celerius ad Deum per-  
veniat.

30. Julii.

*Maledicorum ora graviorum virorum in  
stimoniis sunt diluenda, & benefactis  
loquentium iniqua obstruendum. S. Ignat.  
apud Nolar.*